

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes  
aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula VI. Ex non ente nihil fir

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

Major enim non est vera nisi de actu, qui opponitur illi potentia. Cum igitur potentia, de qua hinc sermo est, sit passiva; & verò potentia passivæ opponatur tantum actus formalis, major non erit vera, nisi de actu formali: *Pura potentia passiva est expers omni actus formalis*; & hoc modò minor est falsa. Est enim materia ex suâ naturâ omnis formalis actus expers. Quæ responsio confirmatur, si puram potentiam cum purò actu conferamus. Purus actus non excludit omnem potentiam, sed tantum passivam: stat enim cum activâ, cum *Deus*, qui purus actus est, perfectissimam potentiam activam habeat. Jam quod si purus actus non omnem excludit potentiam, quid mirum, si pura potentia quoque non omnem excludat actum? Manifestum autem est, sermonem esse de *materia primâ*. Nam secunda, ut lignum, lapis &c. intrinsicè & essentialiter aliquam formam habet, sicut apud omnes constat.

## REGULA VI.

*Ex non ente nihil fit.*

I. Ita Aristoteles *IV. Metaph. r. 20. XI. Metaph. cap. V.* & alibi. Sed contra est, quod *Phys. r. 4.* & multis aliis in locis docet, *generationem esse mutationem ex eò, quod non est.* Ex non ente ergò aliquid generatur secundum Aristotelem.

II. Sci

II. Sci  
tum ad pr  
non est, u  
quod hab  
ipsum fier  
ationem o  
Privative  
non est ad  
derur alio  
tentiam a

III. Q  
ones, qu  
sumò fit  
enim pot  
tentiâ ge  
rentiâ &  
non em  
lud non  
Et hanc  
in §. 1. c

IV. C  
rò nihil fit  
ribus nat  
monstra  
que eni  
per gene  
tionem  
aliquam  
modum



II. Sciendum, *Non ens sumi bifariam quantum ad præsens*: 1. *Negative* pro eò, quod ita non est, ut nec detur aliquod subiectum, quod habeat potentiam ad ipsum, & ex quò ipsum fieri possit: quomodo ante mundi creationem omnes creaturæ erant non entia. 2. *Privative* pro eò, quod quidem non est, quia non est actu, interim est in potentiâ, ita, ut detur aliquod subiectum, quod realem potentiam ad ipsum habeat.

III. Quibus præmissis tres facio conclusiones, quarum I. est: *Ex non ente privative sumto fit aliquid viribus natura*. Ex homine enim potentiâ fit homo actu; ex verme potentiâ generatur vermis actu; sed homo potentiâ & vermis potentiâ non sunt entia: non enim sunt actu; at quod actu non est, illud non est, per Aristotelem IX. *Metaphys.* c. 7. Et hanc conclusionem docuit Aristoteles loco in §. 1. citatò.

IV. Conclusio II. *Ex non ente negative sumto nihil fit per generationem naturalem, sive viribus natura*; id quod ex professò docet & demonstrat Aristoteles I. *Phys.* Quandocunque enim aliquid producitur & fit, sive fiat per generationem naturalem, sive per effectum artis, oportet semper materiam aliquam substerni, ex quâ fiat: quemadmodum ut homo generetur, aut bos, non generatur

u, qui op  
ur potens  
ra; & verò  
um actus  
fi de actu  
pers omnia  
est falsa.  
is forma  
confirma  
actu con  
it omnem  
stat enim  
actus est,  
habeat  
m exclu  
potentiâ  
? Mani  
emateriâ  
lapis &c.  
formam

. XI. Me  
quod P.  
genera  
n est. Ex  
cundum

II. Sci.



generatur nisi ex semine, ut lectus efficitur aut statua, non efficitur ex ligno aut are.

V. Conclusio III. *Ex non ente negati sumto, aliquid sit per creationem, sive per potentiam Dei.* Cujus conclusionis veritas non solum ex sacris literis constat, sed & ratione Philosophicâ alibi à nobis demonstrata fuit. Notabiliora sunt verba Bonaventuræ II. dist. I. q. I. quando: *cum dicitur, inquit, aliquid ex nihilo fieri, potest intelligi tripliciter, aut enim materialiter, ut ex ferro cultellus; aut causaliter, ut ex patre filius; aut ordinaliter, ut de mane sit meridies. Primis duobus modis verum est, ex nihilo nihil fieri. Tertiò modo verum est, secundum naturam, sed falsum est supra naturam per virtutem infinitam, quæ non indiget fulcimento materiæ. Ita faciliter potest aliquid produci ex nihilo, sicut de aliquo.*



Duplex  
I. For  
terialis.  
dependet  
materialis  
apta est: q  
omnes ma  
II. II  
hîc est di  
mam con  
solutum  
malis est.  
III. Ja  
formâ quæ  
lis, sive  
Quod qu  
poni for  
ponita.